

SCRIPTA

Numéro Scripta : 408

Auteur(s) : Renaud, fils de Lyé, Mantes (maire)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1166-1176]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Notification et confirmation, sous le sceau de la commune de Mantes, par Renaud, fils de Lyé et maire de la commune de Mantes, de la donation faite aux religieux de Jumièges par Guillaume Bigot et Helvise sa femme.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° XCIV, t. 1, p. 229-231.

Dissertation critique

Datation d'après l'abbatit de Roger.

Texte établi d'après a

In nomine sancte Trinitatis. Ego Renoldus filius Leonis, maior communie Medunte, et omnes pares ejusdem omnibus notum fieri volumus, sicut ex litteris R., abbatis Gimeticensis et conventus ejusdem loci in cera sigillatis cognovimus et ex ore Guillelmi Bigot et uxoris sue Helois audivimus, quod ipse Guillelmus et uxor ejus, pro redemptione animarum suarum, de propria largitione et de propriis nummis ecclesie Gemmeticensi tantum dederunt unde per manum prioris de Genesvilla posset extirpari de nemore sancti Petri terra, que est a Fossa Presbiteri usque ad Campum Legarde de Bus. Propter vero hec bona et alia que ipse G[uillelmus] et H[elois] uxor ejus ecclesie prefate contulerunt, prenominate abbas et conventus eis, quamdiu vixerint, in elemosinam concesserunt et auctoritate sigilli sui confirmaverunt medietatem fructuum et proventionum de eadem terra. Sciendum vero quod monachus de Genesvilla predictam terram arabit, et de suo seminabit, et partem G[uillelmi] et uxoris sue, ubicumque voluerint, in terra sua de Genesvilla conduci faciet. Quando vero ipse G[uillelmus] aut uxor ejus H[elois] quolibet casu de seculo recesserint, pars illius qui prior recesserit libera monachis remanebit, altera in sortem illius qui supervixerit permanente, et post amborum decessum, terra predicta libera et quieta et absque nummorum [redditione] ad monachos revertetur. Et ut stabile et firmum permaneret, ad preces abbatis Gemmeticensis et conventus et Radulfi monachi et Guillelmi Bigot et H. uxoris ejus, predictam concessionem sigillo communie Medante confirmavimus. Hec sunt nomina parium communie : Petrus Oelart, Gauterus Lamberti, Gaufredus Cementarius, Stephanus Foillet, Johannes Cometissa, Simon Beroudi, Nicholaus de Charz, Bartholomeus de Avesniis, Teuricus de Gorengres. Rogerus Bellus, Germundus de Mellento, Radulfus Villanus.